Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



gelicae uenerimus ut iamillic ostendatur euangelistas sibi
congruere, Si autem quaeruntur ipsa omnino uerba
Quae pater dnus dixerit Neq; inuenire possunt & supfluo
quaeruntur cum sententiae eius propt quam cognoscenda
uerba proferuntur. & iam in diuersis euangelistarum
uerbis possit ee notissima, siue ergo diuersis sermonum
dni locis cum motus petrus singillatim ter enuntiauerit
praesumptionem suam. Et ter eidns suam negationem praedixerit,
sicut probabilius indicatur siue aliquo naturali
ordine possint omnium euangelistarum commemorationes
in unum redigi. Quibus demonstratur semel dnm praedixisse
petro praesumenti quod eum negaturus esset,
nullabic euangelistarum repugnantia deprehendi
poterit. sicut nulla est.

Nunc ergo quantum possumus ipsum ex omnib; ordine
iam sequamur. Cum traq; secundum iohannem hoc
patere praeceptum est, sequitur idem iohannes. &
conseruans sermonem dicentis. Non turbetur cor uestrum
in dm credatis & mec credite. In domo patris mei
mansiones multae sunt, Et celeste sermonis eius praeclare maximae quae sublimia diuinaturt donec con
texam uenit ad illum locum ubi ait dns; pater iuste
& mundus te non cognouit ego autem te cognoui;
& hii cognouerunt quia tu me misisti. & notum eis feci
nomen tuum & notum faciam ut dilectio qua dilexisti
me in ipsis sit & ego in ipsis, Cum autem facta esset
contentio inter eos quis eorum uideretur ee maior sicut
lucas commemorat dixit eis reges gentium dominantur
eorum. & qui potestatem habent sup eos benefici
uocantur, Uos autem non sic, sed qui maior e in uobis
fiat sicut iunior, & qui praecessor e sicut ministrator,
Nam quis maior e qui recumbit an qui ministrat. Nonne